



SACRA CONGREGATIO  
PRO DOCTRINA FIDEI

00193 Romae, die 6 novembris 1985  
Piazza del S. Ufficio, 11

RECEIVED

PROT. N. 469/818.  
(In responsione fiat mentio huius numeri)

REV 15 1985

BISHOP'S OFFICE

Excellentissime Domine,

Acceptis Tuis litteris diei 13 septembris h.a., circa causam dispensationis ab omnibus oneribus sacerdotalibus quae attinet ad Rev. Stephanum MILLER KIESLE, istius dioecesis, officii mei est Tecum communicare quae sequuntur.

Hoc Dicasterium, etsi gravis momenti aestimet argumenta ad ducta pro dispensatione in casu postulata, attamen necessarium censem considerare una cum oratoris etiam Ecclesiae Universalis bonum, et ideo parvi facere nequit detrimenta, quae dispensationis concessio in christifidelium communitate provocare potest, attenta iuvenili praesertim oratoris aetate.

Oportet proinde hanc Congregationem subjicere huiuscmodi casus accuratiori examini, quod longius temporis spatium necessario requiret.

Interim Excellentia Tua ne omittat oratorem paterna qua pollet cura sequi, eidem insuper apte patefaciendo rationem agendi, huius Dicasterii, quod procedere solet habito prae oculis prae primis bono communi.

Hanc occasionem nactus, impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor, permanens

Excellentiae Tuae Rev.mae  
add.mus

*Dnegl. Card. Mahoniger*

Exc.mo ac Rev.mo Domino  
Dno Ioanni S. CUMMINS  
Ordinario  
QUERCOPOLITAN.